Ei si obijicitur, explicatio operationum humorum, per particulas eorumdem, vel rigidis, vel flexibiles, vel aquatas diffusionem ab Antiquis includit, quibus placeat humorum actionem per qualitates determinare.

Respondeamus per actionem particularum in aliquod subiectum dependenter à figura, vel motu illarum, dici subiectum illud tal, & tali modo qualificari; Idcirco cum ratione etiam ab Antiquis actiones istarum particu- larum generico nomine qualitatibus appellatae fuerint, & Neoterici specifici magis usi sunt, determinantes subje- ctum à particulis corporis agentis qualificari ratione a- cuiteti, acrimonia, rigidiitate, & duritate, & ab his materiae modis morboiam ejus naturam dilucidarunt, quia etiam est morboiam supradicta puitura, quia est pontica, & est talis per dictos materiae modos esse morboiam, quia sit pontica, deducitur, prius ex ejus denominatione; secundum quia fuerunt soliti Antiqui hu- mores pravos denominare à qualitate per quam sunt Noxi.

C A P U T IX.

De Urina.

URINA naturali separationi subjetat pro massa fan- guinea depuratione, & purgatione à superfluo, & inutili fero, extra enim corpus relegatur urina solidum, ut seceratur non ad alicuius operis finem, eo modo quo semen extra corpus ejaculator ad generationem per- ficiendam principissimum, & admirandum nature o- perantis miraculum.

In urina ergo præter exceptionem excrementi nihil est, quod humani corporis beneficio contribuire posse, cum sit substantia depauperata ab omni eo, quod potest inferire nutritioni partium, vel spirituum generatio- ni, quamvis in hujus substantia utrumque latuerit, quo Natura pli remanet tantum inutile sola expurgatione di- gnum.

Secernitur urina à massa sanguinis in renibus, per

virtutem istorum secereticem, si Antiquis credimus, quamvis sit difficile creditu, prout superius innu facit secereticem intimam substantiam renum operari in humoris illi substantia, secundum superficiem iolum adhaerentem, prout est sanguis, à quo urina seceruntur. Recentiores hanc facultatem secereticem explicant per proportionem porositatum substantiarum renum cum particulis, inutile serum componentibus, unde transfuso sanguine ab arteriis in substantiam renum ab istorum porositatis excipitur, refuente reliquo sanguine per venas, prout exigit circulationis ordo, quia istius particula secundum figuram non sunt proportionata dictis porositatum, ideoque ab eis non admittuntur, sed excluduntur, & hoc modo seceruntur serum urinæ à ma- sa sanguinis, & recte etiam, & sensibiliter concipiunt, quid sit virtus lectorum, in quo consistat, & quomodo operetur, hac fuit mens Hippocratis expressa in ten- tatione descripta, ubi egimus de secretione bilis à san- guine,

Aliqui admittunt ultra hanc proportionem porositatum cum particulis sferosis, fermentum quoddam in re- num substantia, cuius afflatus taeta sanguinis potio per renes circulans condensationem quamdiu patitur, & qua exprimitur dicta sferositas eo modo, quo per con- strictionem aquæ in spongias porositatis existens, ex- primitur, & haec coagulatur, & sanguis concretus se- rofitatibus ab aliis partibus separata profundiunt, non alia ratione, nisi quia per coagulationem condensatis particulis componentibus sanguinem, pori substantiae hujus magis constringuntur, & quidquid in eis est liqui- di, exprimitur; præterquamquid à condensatione pre- muntur undequa pars corporis condensati, tam- quā manu coagulante spongiam. Ita undequa- que sferositas condensatio nescia expellit: Hinc faciēt est credere, fermentum renum est tamquam co- agulum, quod sanguinem non coagulat, ut motu ause- ratur, sed condensat, & infispitat, ut sferositatem modo dicto à suis visceribus profundat, fallo motu fluxibilitatis, sed tardo. Idcirco plures in mentem venit renes susceptoriis refluxum à renibus sanguinem sufficiētes à Natura donatos fuisse fermento dissolutivo, ut corrigeant crassitatem, & insufficiationem à sanguine suscep- ta in renum substantia ad hoc, ut facilius, & tuto curli- suam viam per superiora perficiat posset, ex quo pa- tere, hanc fermenti conditionem magis manifeste facilis secereticis potentiam explicare, quod si rejecione Antiqui, non possum rejecere supradictam proportionem porositatum, cum particulis sferois, quia si per eos etiam serum transcolatur per dictis porositatis stan- te sanguinis circulatione, debet esse proportio inter has, & particulas feri, & si rejecionem autem alia in sanguine exi- stentes, id contrinquit, quia non sunt proportionata dictis porositatum, & sicuti poculum cereui subtilissimo a- perforatum, & plena aqua salsa finit per dicta for- matamina abire simplicissimam aquam, retentis salinis particulis, quibus aqua privata sua naturali dulcedini re- fluitur, quia à foraminibus aqua factis admittuntur particula aquæ, non salinae, & hoc modo dicuntur ista ab ilis secerni, ita Antiquitatis sectatores sine istius contemptu, fed veritate, & experientia peritudo debet admirare virtutem secereticem urinae in predicta proportione porositatum renum, cum particulis sfero- sis, experientia etiam docente poculo hedera aquam vi- no mixtam separari, per solam proportionem, quam particula aquæ habent, cum porositatis hedera, quia deficiente in particulis vi, non separantur, sed à pocu- culo retinentur, & à Percolatoriis densitate, ejus poro- sitates angustas reddente liquidum, & tenuem humor- rem descendere secundum suam figuram angustia predi- cta correspondente, crassitatem, & densitatem, ut propter amplius spatium exigentem retineri observamus, & hujus opinionis fauorem habemus Hippocratis in lib. de ossium Natura circa initium, ubi adamus hanc secentiam exponit, dum scribit, rem autem cavitate sua ad magnas venas situs est, unde procedunt ex ipsa in vesicam, qua parte potus per venas ad renes trahitur, deinde per renes aqua velut excolatur, & per ipsa intestina, per quia simili emittitur. Spongia enim est simile, quod ab his ad vesicam tendit, illigique urina à sanguine percolatur, & secernitur.

Impe:

Sectio I. Caput IX.

in decocto Cicerum rubeorum, & radicis Ononidis. Pulvis Artemisia collectæ mensa Maji Luna existente in signo Gemini die duodecima, vel decimertia Luna ad 3. ii. exhibitus cum vino calicum expellit, quod facit etiam ad 15. v. succus ejusdem, & capsula limacarum optimè in pulvrem redacta, & pulvis ulti optime in vino, & exsiccatus ad 3. i. vel ad 3. ii. exhibeat Bor- ax mineralis ad 3. i. in decocto diureticæ, & 3. ii. Plantaginis aquatica calicum expellunt.

Potest etiam ladi hac urina secerito virtus aliarum partium, ut in hydrope ventris, & Thoracis in magno & continuo sudore, & etiam ob magnam sanguinis crassitatem, que non sinit separari sferositatem super- fluam, & excrementitiam, quia eam intime unit suo lentore cum aliis particulis sanguinis, & tunc remedia erunt illa proportionata dictis indispositionibus.

Non minoris considerationis est in Medicina urinæ profluvium, ac fit ejus suppresse, accedit enim illud, quando urina excreta excedit quantitatem humidi, quod à cibis solidis opere concoctionum, & potu exprimitur & feceruntur, & tale urina profluvium Diabetes dicitur, cuius causa ab Antiquis in calorem fundinem Massam sanguinis, per quam fusionem in copiolam re- solvitur sferositatem, quae tenbus imparti copiolum etiam urina fluxum efficit, vel in renes intense excalefa- totis, & calore copiolam sferositatem atrahentes refun- derunt: ne tamen considerata hac attratio per calorem non videtur subfister, & repugnat modo superius ex- plicato de secretione urinae à massa sanguinea Calor fun- dens sanguinem à me pro causa Diabetes admittitur, si ei conjugantur falsedo, que facile ad excessu caloris ex Antiquorum placitis introducitur: Ab hac falsedine sanguinem insuffit, dum hic sua circulatione partes ab- luit multa particula istarum partium abraduntur, & comminuntur in liquidam, & fluxibilem substantiam, eo modo quo ab aqua fortis communiquer arguent, ut ejus fluxibilitatem amuletur ab his particulis abrasis, & ad feri formam redactis: augent in vasis sferositas, que aucta copia per renes expurgatur, & hoc modo mihi videtur recte explicata causa Diabetes multi- ple sferositas, & Maciei, ad quam temper tentat, & in quam terminatur, quod etiam superius adnotavi, ubi de falso à succo pancreatico, & à bile prove- niente egi.

Pro hujus curatione non possum excogitare melius re- medium eo proposto in meis configurationibus nempe lac exhibitum, ea forma ab aliquibus laudata pro cura- tionis podagra admicendo lacti prima vice illius assum- ptionis 3. iii. sequentis pulveris. 24. Gummi Arab. Bol. Arin. Balaust. Sumach. Ganz. an. 3. v. Amylli Gummi Tragacanth. Seminum Laetucæ, Portulacæ, Malvarum, Pylsii an. 3. iii. Santali albi 3. i. m. fiat pulvis. Potest etiam parari decoctio longa cum horde- Radicibus Altheæ, Malvae, fruct. Alchekengi, & plutes per diem haurienda; hinc potest etiam unā cum dictis ingredientibus misceri 3. i. Salis saturni, cum hac decoctione, per duas vices omni die capiat Ter- ram Catæchæ preparata ad 9. ii.

Præter aqueam sferositatem excrementum, & cor- pori inutile alias partes in fe continer urina, à quibus colore, consistentiem, & sedimentum scilicet. Has partes in dictis Antiqui in bilem pri- mò à qua voluta colore flavo paleari naturaliter tingi. Secundò in reliquis aliamentis, post exactam partium nutritionem in his remanentes, que intra sanguinem de novo recepta, & sferositas inutile commixta cum hac per urinam expurgantur, & hujus sedi- mentum constat, ab hoc principio medico persuasi- prædicti ab urina sedimento conditionem concoctionis deducunt, & hujus perfectionem, vel imperfectionem à sedimenti perfictione, vel imparfectione colligunt. In febribus sedimentum fieri à morbo materia con- cossa, & segregata, & ad vias urinae transmissa deter- minantur.

Harum partium numerum, & conditionem nobis manifester notificar experimentum ab Excellentissimo, & Doctissimo Bellino in suo Tractatu de urinæ expo- sum, & est, quod si urina lento igni evaporanda exponatur, evaportare paulatim aqua substantia color urinae flavus magis intenditur, & pro majori istius re- solutio-

solutione maiorem semper acquirit intensionem, itaut ad nigredinem accedit, humido evaporato, & ad paucam quantitatem redacto, quo resolutio remanet in fundo vasis materia crassa, nibilium representans, nimirum saltem, & terram, & in hoc fale deprehenditur summa activitas, & acrimonia, dum vero actione ignis aqucum urine evaporat, fuscidissimum exhalat odor omnino simili illi, qui sentitur in urinosis spiritu ab urina per distillationem elicito, & quem exhibet etiam spiritus falsi Armonici distillatus, qui odor confluit in aliqua portione sulphuris, cum fale alkalicu, & volatili commixta. Si dictis reliquis urinæ addatur aqua communis paulatim, & in ea proportione correspondenti illi quantitate ferri evaporatu, sub qua urina colorum mutata, obseruamus aquam superfluviam eisdem coloribus omnino tincti, itaut quando additum fuerit tantum aqua, quantum ferri evaporatum fuit, tunc urina omnino talis apparuit, ac quando excreta fuit.

Ab hoc experimento evidenter comprehendimus in urina præter serum, seu aquam substantiam adesse salem fixum, & volatilem, cum aliquo portione sulphuris, & terra à quibus colore, consistentiam, & sedimentum meruunt, & hoc experimentum debet etiam ab Antiquis recipi, & cum Recentioribus convenire, & maximè cùm certo confet ex Antiquorum decretis varia extrema corporis per urinam secerni, non tam tempore sanitaris, in quo & extrema generantur, non solum materialiter ab aliomentis pravis, sed etiam effectivè, vel à partium vitio leví, vel à fermentis carum alteraris, vel à sanguinis fermentatione medicoritate excedente, vel in excessu, vel in defectu. Placuit etiam illis, haec extrema variæ à natura prævida per urinam excerni, pro sanguinis depuratione, quam in morbis in quibus urinas excrements morbosus rugidas ostendunt, & crises per urinam facte persuadent, & tot morborum curations, que succedunt, per paulatinam morbosam materiam evacuationem per urinam, cùm per Antiquos urina tam in sanis, quam in agri sit exercitus plena sequaces in hoc habent. Recentiores, qui majoris claritatis gratia, haec extremitate in færo fælo sulphure, & terra, seu tartaro tamquam sub genere colligunt, & in hac determinatione veritati adherent pacientia à supradicta experientia, & emicant in ratione à dicta experientia deflupta, per quam rectè explicant varietates urinatum contingentes tam in agri, quam in sanis secundum colorem, consistentiam, & sedimentum.

Quo enim plus participant de aquæ substantia, & minus de crassa, sunt minùs colorata parum consistentes, & cum minimo sedimento. Ubi vero major quantitas salis, & terra cum parva fero conjungitur, color in urina est magis intensus, cum crassiflue substantia, & sedimento copioso, & cum hoc principio explicant omnes differentias urinatum, tam secundum colorem, quam secundum substantiam, & sedimentum, pro quibus rectè concipiendis videndum, citatus auctor, qui ingeniosissime has omnes differentias explicat.

Descriptas partes, seu substantia suscipit serum urinoum à massa sanguinea, & à toto, dum circulando, cum hoc omnes partes irrigat, & perluit, particulas salinas sulphuricas excretentias in illis quiescentes abſtergo, imbibendo, & secum unitas rapiendo. A massa sanguinea terram absorbet, que nihil aliud est, quam tartarum sanguinis, huic enim evenire puto, quod vino contingit in sua fermentatione, per quas partes tartareae in fundo dolli depositum modo declarando, sic sanguis ab aliomentis ingefis licet fermentatis, & depuratis partes terreas, & tartareas virtutem fermenti depurantis, vel fugientes, vel sperantes sua sine colligit, & has affida fermentatione tandem depositit, & fero excrementio pro expurgatione consignat, & huius tartaro sanguinis applicanda sunt ea omnia, que dicuntur de Tartaro vini, & ficit Tartari portio, in vino generatur ex congressu alkalicarum, & acidum particularum, que post effervesciam in dicto congressu suscepit similem coagulationem, & in Tartarium absent, ita in sanguine ex congressu, & effervescia particularum in suis visceribus latentium, per coagulationem earundem post in-

natam effervescientiam tartarum sanguinis resultat, quod segregatum à sanguine, eo modo quo tartarus segregatur à vino, & ierofitatis inutili commixtum, una cum ista per urinam excernitur, tartaro terra unius in sanguine existens, & pars alimentorum, à quibus suum esse recognoscit, & que tota cum fecibus precipitari renuit, sed sanguinis consortio reuinuit, ut etiam debitum, quia ut mixtum Elementa componentia in se retinere debet, & quanvis hic modus explicandi compositionem urina, & iuvi Tartari videatur novus, nec Antiquis usitatus, non destituit, nec est contrarius suis assertis stabilitatis in declaranda urinæ generatione, inquit ab eis est admittendus persuadente experientia urinæ salinæ, à quo falsidem fatis manifestam nanciscitur, qui magis sic conspicuus in iustius distillatione, & sulphur manifestatum ab odore ferido urina, & sublantia enim odorosa à Chemicis sulphur dicitur, & tartarum quod ostendit crux illa, que fundo, & lateribus vasis in quo conservatur adhaeret, tartaro vini correspondens. Tartarum vini, non video, quid absurdii continet, inquit modus generationis Tarteri multam lucem communicat ad indagandum, & explicandum modum generationis Tarteri in urina, prout colligitur a superius dictis, & in tartaro vini adest unionem particularum acidarum, & alkalicarum demonstratur, quia in tartaro vini adest acidum, & falsum, acidum gustu percipitur, & si incineretur tartarum, & cum aqua fiat liquor, facta istius evaporatione fali luxivolum manifestatur, & ab organo gustu tale diffinguitur, & percipitur: Si ergo in tartaro, est acidum, & falsum, neceps est, ut ista duo simul concurrent effervescendo, ut coeant in unum pro generatione tartari, cùm experientia habeamus acidam, & falsam alkalicam simul mixtam effervescere, pari pacto discurrendum est de tartaro urina, & sicut ea, que dicuntur de tartaro vini vera experiments probantur, ita vera certe sunt, que de Tartaro urina dicuntur.

Sedimentum constat ex particulis alimenti residuis à nutritione omnium partium, in hoc enim opera quilibet pars inventur in materia alimentari aliquam portionem improportionatam ad sufficiendas conditio[n]es naturæ proprias, id est reponit, & intra porositas dictæ partis tamquam inutilis relinquuntur: verum tamen est, quod una cum materia utili partis influxus recipit, & cum hoc alterationem quandam per quam calorem mutat, vel levitatem acquirit, vel texturam diffimilem ab ea, quam in sanguine recipiebat sufficit. Pari pacto etiam materia utilis ad partes deferatur, plurimam conveniat pro reparando perdito, superfluum alteratum ad influxu partiis intra ejus porositas modo dicto remanet, haec alimenti reliqua, tam que sunt inutilis ad nutritionem, quamque superflua in ea, constant ferre omnes ex materia crassa una cum salina mixta; nam si alimentum sit superabundans felicit illud, quod sua natura est magis convenientis, relatio eo quod minus convenient.

Serum una cum sanguine mouit circulationis omnes partes irrigando dictas particulas in eis commorantes dissolvit, & secum rapit, & ratione conditionis saline faciliter sibi unit. Idcirco etiam una cum eo in renibus separantur dictæ particulae, & per vesicam excrentur, & quia fero sunt graviores post aliquod tempus ab urina excretione separantur, & invicem sibi cohaerentes sedimentum componunt, & hoc fundum vasis petrit, si gravitas particularium componentium supererat gravitatem cuiuslibet partiæ feri, & in medio vasis constitutæ sedimentum, si earum gravitas sit minor gravitate partium feri fundum vasis occupantis, in summitate urina colligitur sedimentum, quantum dictæ particulae minorem, quam serum habent gravitatem, seu sunt leviores ipso fero respectu majoris partiæ illius, & sic pro differentia fuisse, qui in urina occupatur, ab his particulis sedimenti, tres differentias iustius resultant, quando in summitate urina colliguntur, dicitur nubes, quando in medio bipartitus, quando in fundo sedimentum.

Materiam etiam sedimento præbere potest massa sanguinis dum partes salinas, & crassas in suo motu, & fermentatione segregatas à reliquis partibus cum con-

Sectio I. Caput IX.

ficiuntibus fero excrementio consignat, & hoc modo sunt sedimenta in statu naturali.

Probabilis est etiam sedimentum à materia morbosâ à sanguine segregata recipere suum esse, ut superius dicemus, quod docuit Hippocrates de inter affectu quando scriptis urina autem ob pituita copiam, vel crastitudinem vix egreditur. Quod siquidem depositum quod refererit parvo tempore, quo subfudit, crassam velut farinam videbis, ac siquidem bilis superaverit ipsum subfulvum videbis, si vero ex pituita mortuus album, & crassum erit. Ecce quomodo vult à materia morbosâ sedimenta fieri.

Hinc deducitur ratio explicans, quomodo sedimenta in urinis sint signa concoctionis febre exardesciente, quia ostendunt, vel materia morbosâ, & fermentativam massæ sanguineas, ab hac paulatim secerni, & per urinam expurgari, & talis secreta supponit concoctionem materie, que in morbosâ constitutione conficitur, in segregatione depravata humoris, & in unione boni, & si continua sit, & copiosa hujus materia sedimenta sanis communia in urinis apparent, & ostendunt optimam sanguinis constitutionem, aptam partes nutritre, & ab hac sanguinis constitutione concoctionem humorum pravorunt arguinum, una cum virtute, & energia expulsa fermenti extranei, & secernente purum, ab impuro, & unitivo partium rotundum sanguinem constituentibus sub figura, & textura naturali, in quibus omnibus concoctione consistit.

E contra sedimenta in urinis deficiuntur humorum cruditatem in febris argunt, ostendendo à massa sanguinis excrentia, & materiam febrilem non segregari, nec partes nutritionem peragere de depravatis sanguinis qualitatibus, vel ob suorum fermentorum alterationem, dum excrentia in suis porositatibus a fero diluendo non relinquent, & hac omni humorum, & massa sanguinea cruditatem prædicunt.

Si terciæ in urina contenta conjugatur cum materia crassa acida, quia in renum cavitate colligatur haec adante super alkali urina, quo abundantur imprægnatur, ut patet ex ejus distillatione, in calculum induatur, quod experimento fatis evidenter comprobatur Thelenius facto in distillatione lapidi à vesica extracti, primò enim elicit humorum urinofum, & in fundo vasis remanet reliquum lapidis spongiosum friabile, quod acidu vi tritrioli optimè dephlegmati irritatum, & postea superadditum huc spiritu urinofero per distillationem primo loco elicito, tota massa illa friabilis, & spongiosa sicut prius in lapide durum, & minimè friabilem coagulatur, hoc experimento ad evidenter confirmatur illud, quod mos dicemus, itaut nulla alia sit indaganda ratio pro comprobatione talis asserti, cujus Hippocratem habemus Authorem in lib. 4. de morbis, ubi explicando modum quo in pueris latanibus fit calculus, hac scribit, atque ubi lat. minimè purum, sed terrenum (ecce terra requista ad generationem calculi) ac pumilio sumerit (ecce materia crassa) inferius vero subiungit, pituita enim sedimentum permixta in glutinem evadit, ac primum parva lanugo accrescit (à Petro Salio Diverio in Com. hujus sententiae lanugo explicatur pro acus, & acus dicitur frumentum purgamentum levissimum quod ventribus extra aream ejaculatur) deinde quod accedit a renofuso adjungitur, cum pituita, que de latè in vesica remanet pro glutine, sit & inretefit, hoc est augetur, & quidquid quidem humoris in conglutinatione acceferit per urinam redditur, hoc est, ut explicat. Diversus quidquid humoris tenuis in agglutinatione acceferit emingitur, ab hac sententia Hippocratis colligitur in generatione calculi admittere unionem substantiarum terreæ arenosæ, cum substantia crassa viliciata pituita, quomodo vero istæ due substantiae abeant in lapide, ibi dicit per conglutinationem; inferius vero ubi explicat modum, quo fit calculus exemplo confessionis ferri ait, ipsum vero sedimentum subfudit, condensatur, ac solidificatur, velut ferrum, & per haec verba significat substantiam terream, & crassam, ultra conglutinationem condensari, & solidari, velut ferrum:

quomodo vero fiat talis condensatio, solidatio, & induratio similis dentifratii soliditati, & induratori ferri vero non explicit Hippocrates, sed à præfato experimento manifestatur, cùm ab acido vitrioli, & spiritu urinofero, super affluo mastis calculeo friabilis diuties, & soliditas huic imperiatur friabilitatem tollens. Veritatem ab hoc experimento exhibitam confirmant omnia remedia pro calculi præservatione ab Authoribus propria, que vel acidum extinguente, ut sunt omnia calida, & Aromaticæ, vel enervante, ut demulcentia, vel imbibiente, ut Crustacea, Terraæ, & olea.

In Sale Alkali urinofero esse potentiam se coagulandi, cum acido manifestatur à sequenti experimento Helmtoni. Urina spiritus, qui est alkalicus miscetur, cum spiritu vini de acido participante, & statim hi duo spiritus in unam substantiam densam coagulatur.

Ab his fundamentis elicitor ratio magis probabilis de modo generationis calculi, quam sit illa Antiquorum determinantibus calculum fieri à calore materiae crassam exsiccante, & in lapidem induante, cum videatur maximè improbabile humorum à calore viventis in lapidem induari, quid certè non operaret ipsis formis ardentes, præterquamquid humor simplex sine admixione falso, & terra non videtur posse in lapidem concrecere.

Quacunque vero sententia admissa esse est statuere in renum porositatibus dilatationem, per quam humor crassus in coram cavitatem introducatur, & simul admittere humorum crassum tamquam materiam calculi, sive hanc crassitudinem habeat ab acido super abundanti, vel ab alia cauâ, unde pro curatione indicatio refutat supradictas porositates dilatatas constringendi, & quia calor, & renum, & partium adjacentium, huic dilatationi magis concurret, quam alia cauâ nisi porositates dictæ sint ex naturali constitutio[n]e, cum tali dilatatione conformata, patet refrigerantia conducere ad porositatibus conformatio[n]em, & rectè Antiquos, & Recentiores agere dum unani miseri profuso præservare à calculo ad refrigerantia recurrunt. Naturalis etiam dilatatio à refrigerantibus modificationem quandam potest recipere, cùm sit propter eorum condenationem inducere, & cùm humor crassus ab utraque sententia admittatur unani miseri confessu hic erit attenuandus, & abstergendus diureticis calidis, seu potius temperatis, ne illorum calore porositates renum magis dilatentur.

Pro præservatione à calculi sequens remedium temporum praeditis indicationibus correspondens proponit. 4. Lapidis Judaici, Lyncis, Spongæ, Oculi, Cancer, Succini an. 3. v. Sem. Mili, Solis, Lappa majoris, Hyperic an. 3. i. m. & cum duabus partibus Therebentina, & una ex fuces Veronicae, & hedera terrestris fia mafia de qua 3. iii. sumuntur per viginti quinque dies in Vete, & Autumno superbiendo aquam Veronicae, & præmissa leni purgatione. Vinum etiam in quo silices candentes extincti fuerint à calculo præservare potest, sicut etiam decocum, vel sucus Veronicae per menem omni Verte eponus, sed pulvis Artemisia collecta modo superius explicato, & per novem dies cum vino bibitus præservat à calculo; Dosis est 3. i. ad 3. ii. & dictæ remedis utraque sententia stabilitas est understandum, pro præservatione à calculo, sicut diversa ratio assignatur pro explicando modo, quo dicta remedialia præservacionis effectum operentur, pro manifestanda, & explicanda actione, quia causam calculi arcent, & profligant; nam Antiqui afferunt, id fieri quia praedita remedium humorum crassum attenuant, & fluxibilem reddunt, quapropter non detinunt in substantia reni, sed una cum partibus fluidis urine cursum ad vesicam continuant, & cum ea excurrent, & non detinent humorem in renibus, nec potest incrassari, nec in lapide coagulari, huic rationi addunt aliam desumptam à qualitate occultâ, per quam docent præservacionem à calculo obtineri. Recentiores vero afferunt dicta medicamenta acidum humoris absorbendo, vel corrugendo crassitudem ab hoc illatam auferre, & tenuitatem etiam conferre, ratione Salis alkalicæ quo ditantur, & in quo virtus dissolutiva valde efficax viger, lectori relinquunt ponde-

ponderationem harum rationum, & libertatem eligen-
di illam, que recte ratione magis correspondet, & in-
tellectum majoris energiam convincit. Utraque etiam fer-
tentia in hoc concurrit, quod constrictis porrofici-
bus renum intra eas humor crarus non admittitur,
& sic à calculo praeveratio habetur, unde etiam una-
nimis conlens in uino aquarum mineralium refriger-
antium convenienter.

Salis copia in sedimento urinae redundans modifica-
tionem non recipiens a substantia aquae, sed hanc cum
excessu acrem, & corrodente reddens, urinam ardo-
rem, & stranguiram efficit, quas affectiones à materia
acri, & salsa contortente oriri unanimi conlens ab o-
mnibus scitis stabilitum est. Cum hac sollicitudine
quidam stranguram guttam cum doore urinae redi-
dit, quia à qualibet minima quantitate hujus nimis
acris, molesta vexatione crucia vesica, ut molestiam
excitat, urina expulsione innititur, & qua gutta
in ea recipitur, cum molesta guttam etiam expelli-
tur, & stante hac molestia, continuo meendi defi-
derium adest, cum interrupta, & guttam facta ex-
pulsione urinae. In ardore vero hujus adieci quidem dolor,
sed cum continuato urina exiit, & dolor adest,
quia sua actiones partes membranofas, & musculos
vesicas faltis partibus inmoderate vellicat, cum tri-
stis sensatione, disjuncta ab illa vehementia, que cogat
ad sphincteris contractionem, & aperitionem, unde
dolor detinetur, licet eum pruriat, in exitu vero do-
lorem, & ardorem infert.

Tolluntur haec dolorolosæ affectiones, acrimoniam salis
urinoi emendando, atque causam generantem, quæ
vel est bilis sola, vel succus pancreaticus, vel lympha
cum bile, prout docimus capite de succo pancreatico,
corrigendo cum remedii ibidem propositis, qui
bus possum addi Terebentina, & ejus spiritus, vel ad
formam Jupili redacta, cum decoctione Alchekengi,
sem. Papav. Mal. Schefbeni. Jujubaru, & pulvere su-
perius descripto de Diabete.

Nec obstat Antiquis, hanc causam mordacitatis urinae
refundere in intempore calidam, de quo men-
tionem non faciunt Recentiores; nam citato capite
demonstravimus quomodo falso à calore dependet,
nulla amissa varietate inter Recentiorum, & Antiquorum
dogmata; Praterquamdiu, admittendo à fale li-
xivali fanguinis, urine mordacitatem impetrari, stab-
litur in sanguine intemperies calida; nam talis falso
proveniens non habet, nisi ab excedenti effervescentia
fanguinis, que excedentem involvunt calorem adju-
vantem adiunctione particularum fanguinis in magna
copia, à qua adiunctione fale lixiviale in magna copia
etiam elicetur, quod si ab acido acrimonia urina proveniat,
calor in hoc partem habere potest dum aci-
dum exaltando, & humidum hoc attemperans refol-
vendo actionem reddit aciditatem majorique activita-
, & vi inimici.

Ulceræ, & renum, & vesicæ, ab hoc acri sale urinae
excavantur, & in modo agendi hujus acris con-
currunt, & praefit, & præteriorum seculorum scri-
ptores, sicut etiam in modo curandi; à Recentioribus
vero commendantur herba vulneraria dicta, & etiam
balamicæ omnia ab Antiquis pariter cognita, ut
funt Terebentina, Oppobalsamus, thymus, malix, &
Myrra, & inter composta balamicum sulphurum, Te-
rebellinatum, & fuscinatum, & spiritus vini camphoratus,
& in hoc casu mihi placet decoctionem longam
parare herbis vulneraria, & addere spiritum vini
camphoratum, & de hac bibere pluries in diem;
ab hujusmodi enim remedii continuatione, & frequen-
ti assumptione speranda est aliqua utilitas.

Hic referunt vesicæ scabies, in qua ledimenta furu-
rae apparent, cum graveolenta urina, cuius cauam
humores acris huic mixtos communiter referunt, qui
vesicam corrodendo ejus membranam abradunt, unde
sedimenta conditionis supradictæ, qua sententia vide-
tur maximè improbabiles; nam cisticimæ hac abrasione
concessa vesica tota ex tenuissima membrana confans,
perfoderetur, & contorteretur accelerato interitus, & ta-
men experientia ostendit, dñs agro in hoc morbo per-
severare, unde mihi videtur magis consonum stabilire
urinam dictis salibus ad satietatem saturatam sua mo-

re in cavitate vesicæ hujus fermentum, vel tempera-
mentum ad acre, & salutem immutare, ut alimentum
suppeditatum adurat, & velut in cineres reducat, cum
paucæ illius appositione, unde quod inhabitat est redditum
pro appositione, in ejus cavitatem precipitatur

Cura vero codem modo est perficienda, quo dirigi-
tur illa ardoris, & stranguriæ, & ulceris vesica, cum
scabie hujus sint ulceris primordia, & hoc modo etiam
curata fuit Antiquorum consilio.

Sic cum sale urinolo conjungatur materia crassa, &
viscosa sit Ichuria, seu urina supressio obstruere à
crassitate materia Orificio collis vesica extum illi denegante.
Unde purgata prius copia prædictæ materia
incidentibus diurectis insistendum pro refectione oculi
vitæ, medicamentis superius de impedita urine
excretione per renes recensitis, & hoc nullam patitur
difficultatem.

Quidam contingit hanc materiam ex urinæ
aciditatem contraxisse, cum arena, vel Tartari mix-
tione, & huic uniti sal alkale utrinolum, coagulatur in
lapidem in vesicae cavitate, pro quo nec præterita,
nec præsentis artas aliud cognoscit remedium, quam
Chytrurgica operatio, cum utraque arta defraudata
fuerit beneficio illorum remediorum, que ab aliquibus
pro minutiæ lapidis decantant, & fine conseruatione
humane miseria occultata fuerint.

C A P U T X.

De Succi nervoso.

A Natoma divisioni, & separationi humorum à Na-
tura artificio peracta subiecta etiam spiritus animalis,
quem à succo quoddam nervo dicto colligari volunt Recentiores. Putant enim à sanguine in sub-
stantia corticali cerebri serotinam crassitudinem spiritu
turgidam; quam ad ignem concretere dicunt depo-
ni, que recepta à glandulis ejusdem substantia corticalis
intra tuas porrofites, à Natura excavatas ibi
præparatur, & exaltatur in subtilissimum, tenuissimum,
ac spirituissimum substantiam virtute fermenti implan-
tati à sagaci Natura in dictis glandulis. Hac serotinæ
præparatione peracta, beneficio pressionis membran-
arum cerebri constringentes rotam hujus substantiam
expellunt à glandulis corticalis substantia, in medulla-
res porrofites, & per has descendendo majorem vo-
latalitatem, & spiritualitatem adipiscuntur, & haec via
ad nervorum principium tendit, ubi horum substantiæ
ingreditur, & tam fibras medullares illorum, quam nervæ membranæ eos circumvenientes pen-
etrant, calor in hoc partem habere potest dum aci-
dum exaltando, & humidum hoc attemperans refol-
vendo actionem reddit aciditatem majorique activita-
, & vi inimici.

Hujus Liquoris finem à natura intentum ajunt esse,
primo unice spiritus animales, & alio modo ad in-
vivæ colligare; nam haec unione, & vinculo deficien-
tis, nimis prompta spiritibus animalibus subtilissimis,
& volatilibus ad extum è corpore patet via, cum
detrimento irreparabili totius animalis. Secundùs ut fer-
etur uno, & continuata inter eos adeo necessaria,
ad hoc ut motus nervis, & spiritibus impressi, non
tam ab Anima, quam ab objectis externis, sine dis-
continuitate possint per eos propagari, data enim
aliqua intercapidine (que necessario debet admitti
concessa spiritibus sine humore) non succederet motus
propagatio, quia in intercapidine cessaret. Tertiù
ut partes nutritur, & rationes pro determinanda, ac
flatuenda hujus necessitate in nutritione afferentur, u-
bi de nutritione partium.

Fluit hic liquor nervosus per nervorum tubas, non
ad modum torrentis, ut sanguis in arteriis, sed leni,
& infensibili motu per dictas fibras descendit, eo modo,
quo per arborum fibras nutritivus humor à radicibus
subministratus moverit, & tali motu, quo arbo-
rum folia à costula intermedia sum recipient alimen-
tum, qui motus in duabus hisce subfibis est certus,
& tamen est infensibilis. Hinc est, quod ligati nervi
non intumescunt, cum motus suis à ligatura non in-
pediat, tumore non turgescit, quamvis humor nutriti-
piatur, & sicut si costula foliorum vinculo incre-
piatur, vena non turgescit, quamvis humor nutriti-

Sectio I. Caput XI.

241

vus totius folia per illam illabatur, ita per nervorum
ligatum non observatur intumescere, quamvis succo
nervio inadefiant, eadem ratione scilicet nervi humor
non profundunt, eo modo, quo nec fibrae arborum præ-
cise non dant humor, licet per eas sine dubio ad
Plante alimoniam excurrat.

Precipuus vero usus hujus liquoris, & spiritus ani-
malis à nemine controversus, nec in dubium revocatus
est motus, tam spontaneus, quam involuntarius, certum
enim est hos motus perfciri per nervos, eo quod
ipsi reflecti, aut stricti ligatis cesserent quicunque motus
musculorum recipientium motoram facultatem à nervis
spirituolo succo, sed spiritu animali turgidis: non pol-
lunt vero nervi contribuire talem facultatem musculis,
nisi moveantur spiritus in eis contenti, unde est necces-
sarium admittenda aliquæ virtus impulsiva à cerebro emanans,
qua pro executione motus voluntarii, cuius prin-
cipium est in cerebro, impellat spiritus contentos in de-
terminata nervo, coniuncto cum parte voluntariæ move-
nda, & quod dicunt de motu spontaneo, afferendum
erant est de motu non spontaneo, cuius principium in
cerebro resedit: Ab haec certissima expositione motus
voluntarii, & involuntarii colligitur, sicutum nervorum,
& spiritum animalium à cerebro deorsum versus partem
moveandam impelli; in sensu vero contrarium accidit
predicto succo, & spiritui, nam ut de facultate sensitiva
videbimus, fit sensus, ex eo quod nervi inservientes pro
organo sensu extornerum ab objectis exteris move-
ntur, & in hoc motu succus nervus, & nervi undulatio-
nes quadam concipiunt, que una post aliæ cisticimæ,
& in momento ab eum extremitatibus, sursum ad prin-
cipium nervorum in cerebro, & sedens sensus communis
pertinent, que recipiendo determinatam impressionem
motus juxta modificationem dictarum undulationum,
tenius communis naturam exteri moveantis, una cum om-
nibus suis proprietatibus dependent à dicta impræ-
fessione motus percipiunt. Idecō ab haec certissima dilucida-
tione modi, quo sensus pertinet, alterum colligitur,
nemp̄ quod dictus inessus, vel spiritus in sensu
moveatur ab extremitate nervi sursum, versus suum prin-
cipium, per quod concludendum in hoc succo, & spiritu
duos motus reperiunt, unum in motu à principio
hujus, qui in cerebro exsilit, versus extremitates nervorum
partibus implantatas deorsum; alterum in sensu ab
extremitate Nervorum versus principium sensus in Cere-
bro pariter existens.

Pro explicando modo, quo succedit hie motus, ani-
madversum ingeniosissimum Borelli in lib. de mot. animal.
fibra medullaris nervi, neque esse omnino solidas ple-
nas, & impermeabiles, neque esse tubulos cavos, &
inanis, similes cavis arundinum, sed esse canaliculi
& talem fibram, medullam spongiosam facile à succo
spirituolo, cerebri, cui annectunt continuitate irrigatione
adferunt, & fatuori usque ad turgescentiam, sicuti vi-
deamus spongias, & fibra ab aqua continuo fluxu satu-
rari, que omnia explicant illam motus tarditatem, &
lenitatem dicti succi per nervos, quam superioris defici-
bantur, postea observant idem auctor, quod in sensum
ovulum perinde turgidum redderetur, si sola aqua re-
pleretur, ac si ejus cavitas contineret æquem amplum fu-
niculum spongiosum, & hoc ab aqua imprimaretur,
utroque enim modo turgescent suctum, & à qualibet
leni compressione, aut iectu illato in una insensiti tur-
gidi extremitati, momento concusso communicaretur
alteri extremitati: Unde arguit codem modo fibrarum
nervarum tubulos habentes medullam spongiosam satu-
rari posse usque ad turgescentiam à succo spirituolo, hu-
midis, & fluxibili cerebri, & tunc si una ejus extremitas
comprimitur, impellatur, percutiatur, aut vellicatur,
subito commotionem concussum, aut undulacionem
usque ad alterum extremum pervenire, cō quod
prima pars mota, partes contiguous communicatione
motus urgendo continuata serie per partem, post par-
tem, motus ad ultimum extremitatem medulle spongio-
se nervi producitur.

Ex his percepitur, quomodo ad imperium voluntatis
motu parva portio spiritus versus aliquem nervum mo-
tu aliquius partis definitum ab illius impulsu moveantur
fibra spongiosa succo nervoso turgide, orificium di-
vidit.

Sacci Opera Med. Tom. I.

Et nervi constituentes, & per iteratas undulations in
momento temporis motio Orificio nervi impressa com-
municatur ejusdem extremitatibus, in musculis move-
tate parti implantatis, quorum fibrae, vel contractæ à
tali motu moveant partem, vel expulsa à predicto motu
aliqua guttula spirituoli fucii à dictis extremitatibus
nervis intra musculi fibras carnosas, & unita arte-
riosi sanguini, vel spiritui musculos fibras illustran-
ti ab horum unione fit ebullitione, & diuersio, qua
musculus contrahitur, & tenditur cum motione parti-
cis.

De hoc succo Antiqui nullam mentionem fecerunt,
qui tamē spiritum animalium admirantur in cerebro
præparatum, & totum nervorum genus iradiantem;
ideo Recentiores cum succo nervoso nihil novi in Medi-
cina introduxerunt, quod posse illius præcepta, &
dogmata ab Antiquis etiam tradita, circa curationem
morborum à spiritu animali vitiose pendentem evertere;
Nam hic succus ponitur tamquam vehiculum spiritus
animalis pro motu, & sensu.

Motus contrarios in spiritu animali nemp̄ in sensu
ab extremitate nervorum ad suum principium sursum,
& in motu à principio hujus ad extremitatem nervi de-
scendit. Antiqui cum spiritu Ariftore in fibra
de sensu, & sensibili, & in lib. 2. de Anima, ut magis
patet de facultate sensitiva, & loco motiva, ubi etiam
agenus de morbis à virtute suco nervoso, vel spi-
ritu animali pendentibus.

C A P U T XI.

De aliis particulis massa sanguinea.

Huc usque enumeratas sanguinis partes à Natura
ingeniosissimum artificio leparatas tales agnoscere
debemus, cum confit has in sanguine prius existire,
& ab eo disgregatae fuisse, & in hac observatione funda-
vit Hippocrates sanguis afflumutum de quartarium humorum
numero, & probavit de tempore Argumento à super
purgatione, in qua ait primò exire bilen, que est illa
contenta in Cyphi felis. Secundū mucosatum, seu pi-
tatum, que est sanguis in ventriculo, & intestinis colle-
cta, & incrassata. Tertiū melancholiam sursum formam hu-
moris nigri, & crassi, & qui potest dici esse fecum suc-
ci pancreatici, & bilis residuum post effervescientem ex
congressu corumdem existimat, que fax in colore
nigrum ad viridem tendentem ex tali mixtione degenerat.
Ultimo loco ait exire sanguinem, ex quo patet bilen,
pitatum, & melancholiam supradictam, que ab Au-
tochthonis tamquam excrementum nominantur ab Hip-
pocrate tamquam humores necessarii ad animalis con-
servationem existimari, cùm ab his quartarium hu-
morum humorum completi censeantur; Quapropter Re-
centiores Hippocratem fecuti horum humorum digni-
tatem jam colapsum erexerunt, et cumque utilitates
patefecerunt.

Reliquum est modus, ut perferemur, an in parte il-
la rubra, qui remanet ab horum segregatio, adfinit
ali humores, qui dicuntur Alimentales, ad differentiam
supradictorum, quos propria conditio, & natura à Nu-
tritionis officio excludit.

Tentatum fuit sanguinis supradictæ partes mechanicæ
artificio divitias indagare, obseruando in sui coagulatione
in vase, paulo postquam à vena est extractus, serum
apparet reliquis partibus divisum, cuius substantia le-
nit calore in Glatinam adinstar albuminis ovi concre-
fit, rora vero massa rubicunda in aqua immersa, &
partum agitata Ichoreum rubi coloris in aquam depositum,
remanente fibula parte tenuissimis filamentis ad retis
formam contexta, cuius intercapidine à supradicto
Ichore replentur, & quando Glatina crassa, tamquam
cucurbita sanguinis superficiem occupat, obseruatum est,
has fibrae hinc uniti. Ab hac observatione perfulsi
alii aliqui sanguinis rubram tribus partibus
confundere ferunt, & rubro colore præditas, quas in
chytrallino, & limpido humore natare, & liberè hinc
moveri obseruantur; in his iapheticam figuram
microscopio detinuntur, cum qua gravitatem uniuers
majorem

majorem gravitate fluidi ferosi, per quam iubus hoc decidunt in fundo vasorum, ubi minuta compresione ad invicem le impellentes atro purpureum colorem repræsentant. In eodem sanguinis liquore observatum est etiam ope microscopii alia minutiiora corporula innatae figura quadrilaterae, que satis particulae esse dicuntur. Huius etiam fatus, & aeris è recenti extracto sanguine exprimans palatum, linguam, & Nares furiens videtur demonstrare aliarn partem mafiam sanguinis confituentem, talium nimirum volatiles.

Concessis hac partium divisione in tota massa sanguinis, ut debita pafficiemus, & studiofissimus viris fides leveret, nostro fini intento nihil conducit, quavis accurata, & sincera credatur, cum non habeamus distinctam notitiam Nature, & proprietatis istarum partium, & præcipue illarum sphærica figuræ, & quadrilateræ ex eo quod, que dicuntur de ipsis, mirantur indicis, & conjecturis, nec levem proprietatem probabilem manifestantibus, ergo licetum est hac divisione reliqua, non contempta, alio modo medicinae fini magis accommodato, partes Massæ sanguinæ rubras indagare.

A passionibus, & ab effectibus sanguinis, seu substantia hujus rubra medium exhibetur ad indaganda principia, seu partes, a quibus tota illa Massa contextur. Observamus enim primò sanguinem in ventriculis cordis, vel pulmonibus accendi, & ab hoc demonstrandum sanguini, seu substantia istius rubra infuse partem sulphuream accessibilem, & inflammabilem spiritu, & calidis particulis plenam.

Secundò observamus, & certi sumus sanguinem in arteriis esse tenuissimum, & rubicundissimum; ab his versor in venas derivatus crassifimus, & atro purpureo colore tingi, & ab hoc indicatur sanguinem invenitum partem aliquam, cuius ope crassitudinem in pulmonibus vel ventriculis cordis attenuatam, & rarefactam sibi reportant, & est forsan illa substantia fibrosa supra memorata, & si Hippocratis credimus, pro certo est haec habenda pro ea parte, que sanguini crassitatem, & coagulationem, una cum aido tribuit lib. de carnis, num. 9. ubi scribit, donec sanguis fatus fuerit, liquidus est, postquam autem refrigeratur fuisse, si quis ipsum conquasset, & fibras eximat, non congelatur, fibra enim frigida, & glutinosa fuit, & ab hac Hippocratica sententia deducitur etiam ratio explicans causam deficiens coagulationis in sanguine extracto, ut multo in febribus malignis observatur, & est, quia ab aliquo humore corrosivo in minimis particulis ista fibra dividuntur, & fluxibilis cum aliis particulis fluidis sanguinis evadunt. Aliquando verò ab excedenti humido ista fibra emolliuntur, ut à solo motu circulationis lacerentur, & in minutissimas particulas dividantur. Ideo sanguinem è corporibus terofato scatentibus extractum non coaguli observamus.

Tertio observamus serum sponte à massa sanguinis coagulata dicens, & cujus vera est pars, alimentum membris præbens, & præcipue illis quo similitudine dicuntur, & albo colore tinguntur, & hujus indicium habemus, ex eo quid serum à sanguine separatum ope caloris in gelatinam, albumini ovi cocti filium concrevit, & ita in substantia sanguinis rubra tres partes distinguiuntur, spiritolam, calidam, & accessibilem, crassam, & aquam, quos humores non dico, quia qualibet humor est ens completum, istas partes sunt entia incompleta, quia determinata ad constitutionem sanguinis, & harum miscella unum rotum exhibet, quod sanguinem appellamus, juxta aliquorum ex Antiquis sententiam, negantur dari sanguinem quatenus est quartus humor, & admittentium sanguinem esse solum aggregatum dictorum trium humorum, quod si quis descriptione avitus yelit partem accessibilem, & calidam esse bille naturalem, crassam esse melancholiam, & aquam esse pituitam, quia in qualitatibus convenienti et liberet concedant ad dirimentiam contentio nem nullus momentum.

Salsum aliquod in hac massa sanguinea admittimus, prout dictum fuit capite de succo pancreatico, sed an hoc sit dicenda pars istius valde ambigo, cum originem non trahat ab eodem principio: Salsum enim istud in duodenum generatur, & languis in corde, nec material

generationis eamdem cum sanguine fortitum est; nam hic a Clvio, illud à succo Pancratioso, & bile, vel à lymphâ acida, & partibus alkalicis sanguinis in venis materiali priu generatione suscipit, ex quibus credibile redditus sanguini inservit non tamquam partem, sed tamquam quid adiunctum, sed necessarium pro fluiditate in eo conservanda, ut citato loco dixi, reperiit etiam in hac sanguinis fatus quedam ei propria, & ab alimentis tusepta, sed ad sanguinis texturem efformata non dubito, & desillario sanguinis comprobatur.

In hoc complexu humorum massam sanguinis constitutum tria præcipue sunt consideranda, ad illius perfectionem concurrentia, qualitas, quantitas, motus.

Inter qualitates præcipuum locum tenent illæ, que priu dicuntur, & istarum due tantummodo confundenda veniunt, nempè caliditas, & humiditas. Frigiditas enim, & siccitas in humoribus corporis viventis solum respectivæ infinit: sanguinis enim massa in animali vivente calore semper perfunditur, ceteras qualitates excedere: & inquitum enim stau etiam morti proximo mitratur sanguis, vel sponte exeat, caliditas in eo sensibilis redditus, sicut humiditas, non vero frigiditas, & siccitas, & si dicimus masam sanguinis esse frigidam, & sicciam loquimur semper, cum respectu ad maiorem caliditatem, & humiditatem, ex natura infinito, ei competenter, à quibus quando declinat dicimus respectivæ ad istas frigiditatem, & siccitatem contrariae.

Caliditas in hac massa debet esse temperata per adiunctionem humiditatis: talis enim temperies est propria nature humanae, que etiam sit perfectior illa ceterorum animalium aquum etiam fuit, ut perfecciori donaretur temperamento, quale est calidum, & humidum, eò quia in hoc radicantur vita primordia, & principia istius conservationis adequata, & est tamquam medium inter cetera temperamenta.

Calore tribut mæsa sanguinea illa pars sulphurea, & spirituola principium sua accessions in corde, vel in pulmonibus, humiditatē verò serum, quo tota massa diluitur, & fit fluxibilis fluxibilitate actuali, & aqua, & etiam divisus sūrum partium componentium in minimas particulas ad invicem disiunctas, in quo consistit ratio eisentialis fluidi.

Unde si à mæsa sanguinea in tali portione ope caloris cordis, & proprie fermentationis extrahantur particulae sulphurea spirituola, & calide, & ha mixta cum proportionata quantitate humidæ ferotis in vaporem redactæ anteremperant, ut efficiatur calor mitis, & suavis, per quem masam sanguinis temperamento calido, & humidu gaudere dicimus.

Hydrops pulmonum, seu Thoracis respirationem offendit, & maximē in principio formi aqua in cavitate istius collecta impedit motu pulmonum, ita ut aer attrahi non possit. Collectio istius aqua intra dictam cavitatem ex omnium confusum medicorum lucidet, quando aqua est vasa pulmonum exiens intra dictam cavitatem depluit, & circa modum quo sit ista extravasatio Hip. sequuntur tam Vilius cum Recentiōribus, quam antiqui cum Carolo Pifone, & alio communiter, & describunt dictus modus in lib. de inter. affect. his verbis. Gignitur etiam ubi tuberculæ in pulmone exorta fuerint, & aqua repleta in peccus eruperint, & probat exemplo quadruplicem in quibus diffictis observata sunt tuberculæ, que incisa aquam decurrunt, & concludit multò magis talia in homine fieri posse. Finit autem ista tuberculæ dum serum per substantiam pulmonum in superficie illorum extravasatum, motu quem accipit, vel a bare ingrediente, vel à fero adventi vni facit membrana pulmonis invexit, & tuberculæ parit.

Vaforum Lymphaticorum inventio aliam cauam Hydrops pulmonum nobis ostendit, si nemp̄ ista per pulmones disseminata diffundatur, vel à multitudine lymphæ, vel obstruēti dictis vasis, ut motum humoris impedit, unde hic stagnans, & altercādvens, ita contractat vasa contracta.

Curatio habetur per sudorifica, & diuretica superius de Hydrope proposita, sed secundū via pro curatione est festio inter 6. 7. vertebram, & per apertum vulnus canula imita exsita aqua parare paulatim omni die, & aqua extrota evacuata stude corroborationi caloris naturalis, & correctioni fangitis per ea que tradita sunt fangis.

Empicima, quod est collectio puris in cavitate Thoracis, huius quantitate respiratio lādatur eo modo quo mox dixi impedit à quantitate aquæ. Colligitur tale pars, vel à pleuride, & per pneumonia suppura, & non excreta, vel à pleura ibi cumular, & patrificata, cognoscitur à spūs, que verum pus representant, curatur codem modo, quod fit à Hydrops pulmonum, & præcipue incisio supradicta.

Respirationem difficile facit Angina, quæ est inflammatio musculorum laringis cum difficultate respirandi, & deglutienti, & hæc sunt signa, per quæ dignoscitur cauam habet communem cum ceteris inflammacionibus, & etiam curationem. Circa remedia nihil

habet particulare, nisi preparatio stercoris canini, adeo laudatur in hoc affectu, & est talis. Canis rubi coloris claudatur in cubiculo Sole Cancrum ingrediente, & per totum menem vesicari bīcōlo pulverizato, & mixto cum pulvere sena, in tali portione, ut per duas, vel tres vices salvia subducatur; Sole Leonem ingrediente mutato cubiculo, vel eodem benè mundato vesicari canis ossibus uscis, & pulverizato per totum hunc menem, sternus egredi hoc menis colligatur, exsciscetur, & pulverizetur, & cum melle hispano, & predicto pulvere fiat Lambitum ex parte diem lambat, & est expertum remedium Lædatur respiratione male affectis muculosis thoracis tali affectione, ut costas elevere non valeant de qua affectione agemus sequenti Sectione.

Virio diaphragmatico pariter lādatur, & quia haec pars constat ex membrana, & muculo vitium erit proprium harum partium, & commune cum aliis membranis, & muculis quorum virtus sequenti sectione explicabuntur, una cum curacione virio diaphragmatico applicanda.

Ab inflammatione, & tumore istius partis lādatur respiratione, & sicut cauam habet communem cum illa aliarum inflammationum, & tumorum, ita etiam curationem istis convenientem, & superius descripsum exigit.

C A P U T II.

De cordi, & ejus facultatibus.

I Nter membra, facultati vitali inservientia cor numeratur tamquam precipuum illius instrumentum, in eo enim vite fontem resideri exsuffiatum fuit, & tamquam Solem in hoc Microcosmo omnia regere, vivificare, & conservare sancitum fuit, ita ab Antiquis determinatum fuerit etiam anima ledem ita Plato, Hippocrates, Galenus, Stoici, & Peripateticō non solum appetitum iraciibilem, sed etiam cibū, & potus ut Zeno, & Crispus Pofidonus in corde collocaverunt, & Stoici rationis vim, & anima principiū in eo posuerunt, idēque ab Hippocrate regia dictum fuit, quod sensile etiam Diogenes, testatur Plutarchus ad hos gradus venerandū Antiquitas cor exēxit, Horum placet, cum Recentiōribus conferenda, & examinanda, ut perfectam de hoc vicerē notiam habemus.

Varia in corde veniunt consideranda, 1. ejus motus, 2. transites sanguinis per illud, 3. hic fangus in corde alaboretur, & a quoniam principio, 4. an Cor sit fons cariorum, 5. Pulus arteriarum ei annexarum. Quo ad primum certum est, cor indefiniti motu dilatations, & contractio[n]is, & dyatolae, & syphyles moveri sine concursu voluntatis, & anima non advertente. Hujus motus causam variam in Authoribus inventimus. Aliqui enim volunt moveri à sanguinis dilatatione in ejus ventriculis, alii à spiritu in corden fangue exstante, alii à pulmonum motu in respiratione facto, alii à spiritibus animalibus per nervos cibarum demandatos in externis, & internis corum fibras influentibus peragri docuerunt, alii à facultate motiva pulsificata.

A spiritibus animalibus motum cordis fieri, insinuasse videtur Hippocrates, quando cor muculorum appellavit, quod ejus constitutio etiam talis esse demonstrat per fibras carnosas, quibus contextur, & nervosas, que per easdem disperguntur, non aliter enim videtur emittantur musculos aliarum partium, nisi mediis fibris carnosis, & nervosis, & suum motum exercenter musculi per spiritus animales, a nervis delatos, unde cum eorū per prædictam constitutionem, tamquam musculus sit habendus, per spiritus etiam animales moveri censendum est; Pari modo quo sit in aliis musculis, nemp̄ per effervescentiam excitatā a congresso spirituum animalium cum spiritu arteriō, ut videbimus de facultate motiva.

A fanguis dilatatione motus cordis explicatur, dum per hanc latera ventriculorum ultra æquilibrium difunduntur, & in hujus expulsione postea contrahuntur, & ita motus cordis dilatationis, & contractio[n]is agunt perpetuā, per hanc fanguis dilatationem. Alii volumen fieri a fermento cordi implantato, cuius actiones rarefici, & effervescent fangus in ventriculis cordis, alii à flamma in corde accensu in puncto generationis, cuius calore attenuatus fangus rareficit, & spumescit, alii ab effervescentia bilis alkalica, & lymphæ acide

scida in ventre cordis, à qua sanguinis portio, una cum dictis humoribus dicto in loco illarum effervescit, tam concipit, & cum hac rarefactione.

A spiritu vultu moveri cor, dum hic ante omnes partes existens harum formationis inferit, omnia in hoc operare moveat, & dirigat, & feci generare omnia vivificat, & motu conservat, ita probabile sentent ab hujus actione, & motu corporis dictum spiritus vivificus in sanguine existens ibi magis actuatur, & volatilizatur.

A motu pulmonum moveri cor, docet Maurus Cordatus, & modum, quo sit talis motus, describit, eum refundendo in connexionem inter pulmones, & cor intercedentem, & si facilius motum cordis peragi, est communis Medicorum Antiquorum sententia.

A lunguis dilatatione, vel inflatione fieri motum cordis impugnat citatus Louver cit. lib. Cap. 2. ubi etiam impugnat fermentum cordi implantatum non esse causam motus cordis, & cor moveri motu pulmonum recusat, quia non est talis conexio inter eos, que possit pertinere dependentiam motus cordis, à motu pulmonium: praterquamquid diversus motus cordis, à motu pulmonium demonstrata nullam esse dependentiam, & causam inter eos facultatem cor movere redditur valde improbable ob rationes contra has facultates alibi discussas, & quia etiam ista facultas movens cor debet habere aliquod determinativum, & praecepit, quia videmus non movere cor semper eodem modo; nam in tempore sanitatis illud movere uno modo, in statu vero febri alio modo, ergo debet habere aliquod determinativum, à quo determinetur ad movendum cor in statu sanitatis tali modo, & in statu morbo alio modo, & assignato hoc determinativo, patet meo iudicio omnem motum regularem, & inordinatum præcisè ab hoc provenire, & per hoc explicari posse sine aliquo superaddito flante ratione organi materialis corporei, à cuius latrone latitudine motus cordis, & pro curatione à Medicina considerantur: praterquamquid omnis facultas habet sua instrumenta, consequenter etiam hæc debet habere sicut instrumentum, quod verè est cor, sed debet explicari, quomodo facultas corde utatur, & cor facultati inferiat, in quo Antiqui deficient, & Alphonsum Borellum in tom. 2. de motu animalium cap. 5. propof. 2. videtur hoc adamassum explicare, & consequenter, in quo confusat facultatem pulvris, & motivum cordis corpoream pacare.

Explicit hic Author motum cordis, quem merum musculum cum Hipp. esse vult, per præcisam constrictiōnem ventriculorum ejus, & compressionem, & ab hac actione propria musculi cordis vult expressionem sanguinis in eo contenti ad instar præli fieri, non à contorsione fibrarum cordis spiritalium, sed ab inflatione, & tensione earundem.

Actionem propriam musculi cordis est constrictiōnem ventriculorum ejus, probat post hoc fundamento, motum cordis comprehendendam ab eadem figura externa, non alterata duplo fieri augeri in actu tensionis, & pulsationis, quā erat ante pulsationem; hinc deducit, tam grandem excentriam molis carnōs, fieri non posse abique infinita inflatione, & turgescencia fibra rum ejus, per quam augeantur duplo in actu pulsationis; hoc posito fundamento, quod probat per demonstrationem descriptam in tabula 17. fig. 2. perpendit fibras externas cordis maximam vim facere, ut perimetrum cordis amplietur, non se decurto, sed refrendo distractio, tamquam circuli ferrei dolii, & in hac resistencia fibra dicta inflatur in parte cava, ut de globo filorum, ab eo dictum fuit, propof. 47. & demonstratione comprobatum tabula 16. fig. 10. & 11. & probat glosum excavatum non ex unico, sed ex pluribus filis compositum superficie cavitas alligatis, & concentrice sive spiritaliter involutis, si per inflationem filorum ab humectatione, glomo aqua aspergo, vel in aqua immerso, cavitas repletur interna corrugari debet, semper magis augendo plicas, quo propius centro accedunt, figura externa inalterata præexistente, partite fibra, dum inflatur, incraftaturque à sanguine præposito, dictarum fibrarum substantiam copioso affluxu irrigante, non aliter, ac filia finis, ac glomo à gurgulis aquos turgida redduntur, & eadem necessitate, quia glosum ex filis contextus trans-

formatur, oportet ut cavitas cordis, circa quin dicta fibra dicuntur repletare corrugatis in statu, & tensis fibris internis in aquila qualiter semper magis augendo plicas, quo magis centro cordis proprius accedunt, remanentes figura externa non aucta, nec diminuta, quamvis cavitas interna cordis à fibrarum inflatione, & incrafactio impletatur; fibra ita inflata, & incrafacta à sanguine non solum cavitatem prædictam replent, sed maximam vim facient constitudo plicas, & rugas turgidas, adē tensas, & duras, ut officium cuneorum exercant, à quibus ne dum cavitas cordis repletur, sed praeterē vehementē compressionē sanguinem ibidem contentum exprimant, motu confundi etiā quo nuclei à digitis posse compressi expelluntur, papilla, seu tubercula carnea intra ventriculos cordis pro tuberantia, quibus filamenta membranosa valvularum triangularium cordis alligantur ab influxu sanguinis, ne dum inflatur eo modo, quo fibra interna, sed etiam se erigunt ad instar lingue, & penis, per quod non solum adjuvant implationem cavitas ventriculorum cordis, sed augent virtutem, qua diximus fibras inflatas sanguine extra expellere.

Ex quibus pater præclarum Authorē velle per turgescientiam fibrarum, & papillarum impleri cavitatem ventriculorum cordis, & in hac tensione tantum vim acquirent, ut possint sanguinem in dictis ventriculis existentem foras expellere, & hanc vim motivam fibrarum myoculi cordis per confunditam vult majoris pondus suspendere posse, quam 3000. lib. quod probat propof. 57. lib. citata, & uterius dictam vim motivam malevoli cordis superrare suo momento resistentiam totius sanguinis arteriarum, & facientiam carudem dilatationem impeditivum, & ait, & probat hanc vim esse majorem vi ponderis 18000. lib. in propof. 73. lib. cit.

Quomodo sanguis dictis fibris, & papillas internas ad turgescientiam, & tensionem deducat, ut cordis cavitatem implante, & talem vim acquirant potenter sanguinem in ventriculus contentum exprimere deduco ab eo, quod scribit idem Author cit. lib. propof. 37. nempe ab aorta antequam percardio excidat duas arterias coronarias oriri valvulis propriis donatas, à quibus prohibetur sanguinis regreditus, per has sanguinem ad cordis carnem muculosam, nonad ventriculos deferrit, & hinc per venas coronarias pariter, per cordis carnem vagantes, tandem confecho peculiari circuitu in ventriculum dextrum se exonerare.

His stabilitas facile est explicare quomodo fiat motus cordis; nam à sanguine arteria coronalis totam substantiam cordis irrigante madeficiunt, & implentur fibra dicti, ita ut crassi evadant, tendantur implendo capacitem ventriculorum cordis, & in ista tensione, & intumescencia fibrarum, non potest non moveri cor, & quidem motu spirali cum fibra suam substantiam componentes spiralis inter se sunt contextae, & cum fibra columnaria ejus, atque earundem faciebus non alligentur terminis firmis ossibus, aut tendino, ut sollempne est in musculis reliquis, sed in ipso corde pendulo innixa, & in ipso membro, & initium habentes hinc est, quod fundationem inflabilis, sed tenaci firmitudine donato, non ad tractionem, & ad approximationem terminorum extermorum faciunt quando contingit has fibras decurari, ut aliis muculosis accidit, sed ad hoc, ut fibra influent, & turgent, utque restraining cavum perimetrum cordis, decuriantur, & in hac inflatione turgentia, decurratione consistit motus cordis, & à tali motu, & repletione cavitatis, sanguis in hac contentus expellitur, non aliter, ac nucleus a digitis compressus projectat, virtute, & motu superiori descripto, & cum hoc sanguis fibras inflans, & intumescere faciens, unde cor denuncescit, elongatur, & in quiete consiftit, & in hoc motu, vel statu fibrarum conjungi constrictiōnem expreffivam contenti liquidi in cavitibus, probatur experientia. Nam immisso digito intracavitatem cordis viviente perforati, in qualibet cordis pulsatione digitus veluti forcipe, aut pala striguntur, conditique à carne cordis inflata, & indurata.

Motus ergo cordis in hoc confitit, quod ejus substantia carnosa verè inflatur, & verè augerit pluquam duplo, & in hac inflatione, & augmentatione moveret, costas in peccatore percussiendo, & illa inflatio, & augmentatione habetur ab intumescencia, & inflatione fibrarum sanguis facta à sanguine earum porositatis, vel cavitatis ad turgescen-

Sectio II. Caput II.

tiam implente, & hic est motus, qui dicitur Diafoles ab Antiquis, quia observando augmentum cordis in hoc motu putarunt dilatari, Recentiore vero, qui accurati observatione hunc motum in corde percurserunt, inventerunt, cum augmento substantia carnosa cordis, istius ventriculos constringi, & per constrictiōnem sanguinem in arterias expelli, id est hunc motum Sistole appellant, per hanc importaret constrictiōnem, que verè in hoc motu contingit; E contra vero, quia Antiqui animadverterunt cordetum secundum elongari, existimaruū etiam ejus ventriculos in hac elongatione constringi, id est hunc motum Sistole dixerunt. Recentiore vero Diafolem appellant, quia in ista elongatione ventriculi cordis sunt dilatati, & ad novum sanguinem fulcipientem dispositi. Talis motus Diafoles, ab Antiquis pro Sistole habitus non sit ab alia causa, nisi à virtute propria fibrarum, que detunescendo primevo statui se reducunt ope virtutis contingit in febribus, in quibus febribus effervescentia astuta, & rarescit, cum motu circulationis celesti, nec potest corrigit alis motus cordis, nisi sedata febris effervescentia.

Quia in omni motu cordis expellitur ab hoc sanguis in arterias, licet etiam considerare eodem tempore, quo sanguis per arterias coronarias fluit per totam carnem cordis eodem tempore sanguinem à vasibus pulmonum in auriculam sinistram deponi, & ab his in cavitatem sinistri ventriculi, & subsequente postea inflatione fibrarum supradicta, cum implectione ventriculi, sanguis in eo contentus exprimitur vi pariter supradicta.

Hoc modo mihi videunt sufficienter explicari causam in tuis cordis, & præcepit, si addamus etiam spiritus animalis, qui certè ad cor deferuntur, per multas nervorum ramifications hinc implantatas, dum per istos spiritus intumescencia fibrarum facilius redditur, vel per metam additionem substantiarum, & ejusdem motum, vel per effervescentiam, quoniam piritum animalium sanguini mixtum facere probabile est, prout etiam erit supradictum Author in hoc tractatu de corde, & nos cum eo stabilissemus in motu multicorporum corporis.

Spiritu vitali ab motum cordis concurrendo probat citatus Louverus experientia; nam si nervi octavi pars in cervice arcte ligantur, aut penitus abscondantur, cor, quod moderat antea, & equaliter motus tuos peragebat statim ad injeccō ligatura palpitate, & contremiscere incipit, atque ita dictum unum, & alterum mīferum animalis corde tremulo, & peccore admodum spirostio languidam viram contrahit, & brevi tempore expirat.

Colligo ex dictis variis sanguinis dispositione, & vi-
tiozadi etiam motum cordis, hæc vita autem cum Louvero in tract. de cordis motu cap. 2. admittit tria, incratationem, & coagulationem, abundantiam, nimiam, & defectum, quibus addo nimiam sanguinem tenuitatem, & effervescentiam, coquus vitium dictum Louverus ad copio motuum spirituum in luxum reducit.

Sanguis coagulatus, & crassi via, & transitum per fibras aliquando sibi ipsa crassiſſe percludit, unde intermissione motus cordis, & sine ope, & mors repentina. Ali quando vero administrat sanguis coagulatus intra fibras, sed non tam citò expellit, sed flagrando cum aliqua mora anxietas, & oppressiones cordis patit, quales experientur feminæ in hysterica passione, in qua diuſco paroxysmo de cordis gravamine, & oppressione conqueruntur, quia sanguis in corde stagnans, & grumeſſus, illud onere suo opprimit, & valde gravat; quia de causa Epileptici plerique durante paroxysmo peccora sua repetitis idibus conseruent, & contundunt, quo cor opprimitur naturali motione ab motum incitat, & a coagulatione sanguinem impedit, & in isto calu patet convenire spiritu aromatice, que sanguinem citò discolagante valent, & spiritus cordi addere, & sunt oleum Garophil, quinta essentia Cinam, Essentia Ambra, oleum Citri, Elixir propitiatis Paracelsi, & elixir vita, & Aquavita Mathiolii, & aqua theriacalis, que non tantum per os assumpta, quā exterrit applicata profundit.

Nimia sanguinis copia fibras, & ventriculos cordis ita replet aliquando, agravatque ut sanguis non possit ope, nec contraria possit ob oppressionem à nimia copia, à qua obruant, atque idem sollempne est homines lauto, & pleno viuē semper utentes, atque ebrios, & præcepit frequenter fuscari, nisi larga à vene sectione vasa sanguinis depleantur, & clysteribus aliqua pars crassis detrahatur, ut diminuta humoris quantitate cor ab oppressione liberetur.

Sanguis defecitus, & jačtura cum vasorum inanitione cordis motum minuit, quia deficiente sanguine debilitat fibrae contractant, & parum turgit, id est etiam motus cordis debilit, & aliquando nullus, si fibra à sanguine nullo modo infleſſit, & intumescat, haec de causa in magnis Emboragiis, & sanguinis profusionibus, animi defectus, liporrhœis, fincos contingunt, quorum Symptomatū cura consistit in impediendo sanguinis fluxu, & in remittendo spiritu cum cibis, & medicamentis præpositis.

Sanguinis tenues motum cordis celerem, & frequenter facit, dum ob sui tenacitatem, & motus certitudinem ad cor cit, & copiose fluit, & citò etiam fibras inflat, & intumescere facit, id estque etiam cordis motus celerem, & frequenter reddit, quod præcipue contingit in febribus, in quibus febribus effervescentia astuta, & rarescit, cum motu circulationis celesti, nec potest corrigit alis motus cordis, nisi sedata febris effervescentia.

A spiritu etiam animali sicut perficit motus cordis, ita etiam depravatur, ut observamus in passionibus anime, timore, ira, morte, à quibus diversimode motus cordis vel diminuitur, vel angetur, vel comprimitur, vel dilatatur, & ope foliis influxus spiritus animalis, qui pro diversitate rerum apprehensione diversimode vel moveret, vel continetur, vel confunditur, & juxta hanc motus difficiam ad cor delatus, vel in copia, vel cum defectu, vel cum tumultu cordis motum celerem, vel tardum condat, & si cum tumultu perturbat, & tumultuose cor moveret.

Hinc pater in alteratis motibus cordis vito spirituum animalium hos esse corrigendos, si deficit multiplicandi, si exuberant inveniendi, si inordinate mouentur modificandi, si in tumultu erumpant, coordinandi. Prima virtus corrigunt cephalica omnia, & refrigerant, ultima medicamenta, que dicuntur convulsiva, & opia emendant, & ab his, si piritus, ita afficiantur, ut quasi irritatio quadam flumentur sua etiam nempe nervi, & iforum membrana, & etiam fibre carnose, motu convulsivo afficiuntur, in quo consistit palpitation cordis tam violenta Sistole sepe nomum corripens, ut ipsa costas loco suo moveat, atque perfregit notum sit, & hoc, quia membrana nervorum, & spiritus in istis contenti, irritati in motus inordinatos, & violentos erumpunt, & pro irritamento, ut plurimum, inferiunt vapores aliunde transflimi, & etiam quandoque à sanguine in substantia cordis exirent elevato, necesse est autem in istis vaporiibus adit qualitas acris, & velicantis, & extranea spiritibus, quod docuerunt etiam Antiqui palpitationis causam alignantes vapores cordi infestos, unde cum istis elicunt etiam indicatio vapores dissipandi, & acrimoniae corrigendis, quod preffant cardiacia alio in loco proposita opia mixta, cor rigento parte, à qua elevant vapores, quos pro agnoceamus de fallo, ac aido participante corrigimus cum medicamentis aliis dictis, salutem, & acidum modificantibus, hoc est bilem, vel melancholiam preventibus.

Hoc modo moveret cor, & experientia hoc constat à tot Anatomis recepta, & confirmata, ita in dubium verti non possit, de modo talis motus cordis, qui licet ab Antiquitate dicitur, non potest tamen ab istius spectatoribus reprobari, nisi veritas injury, & iforum prejudicio.

Sanguis intra cordis ventriculos recipitur, & ibi incalcat, & perfectionem acquirere prater experientiam, offendit sanguinem ab arteria extracordis eis magis calidum, & rubicundum, quā sanguinem è vena emfum, docent etiam & Antiqui, & Recentiore medici, & Philolophi cum suo Aſſtote.

Causa huius alij profundit in calorem cordi insitum, alij fermentum, alij in motu quomodo autem hic motus cordis possit calorem, & perfectionem tribuere sanguini, ita explicatur. In motu upradicto cordis diximus istius ventriculos contingit, ita tamquam prælum sanguinem in suis ventriculis contentum compriment, & fortiter, & in ista compressione fit particularum sanguinum disfunctio, & comminatio, ita spirituſe, & calide libertatem aliquam clauſtra subtantia sanguinis acquirant. Hinc sanguis ab hac parvum communione rarus evadit, & à dictis particularibus commotus, & ex dicta communione etiam sit perfectior mixtio partium etherogenearum sanguinis in quo consistit eius perfectio, quo enim corpora nūcenda sunt ad minima redacta mixtio eis perfectius executio. Hinc

Hinc pro majori, vel minori compressione, & pro copia, vel paucitate particularum calidatur in sanguine existentium, & pro majori habilitate istius, & communione, vel impotencia ad ista habetur major, vel minor caliditas, major, vel minor perfectio, id est sanguis in textura ratus, & spirituum ferox per compressionem dictam magis communitur, & spiritus solvuntur, & caliditatem magnam concipi, quod contingit in bilioso sanguine. Ex contra sanguis crassis dicta compressionis resistens spirituum solutionem prohibet, & in minimas particulas communis non permitit, idcirco minus rarefit, & incalcefit, ut evenit in tempore melancholico, & pituitoso.

A compressione posse excitari effervescentiam, & fermentationem, & cum istis calorem probant uve calcare, & fructus contusi, a quibus vinum elicunt, & cerevis ex hordeo, & fermentum confecta, in ipsis enim omnibus solidis compressio, & contusio, est medium, quo effervescent, & fermentantur, & particulae calidat exaltantur, cum perfecta mixtione cum aliis particulis, ut videtur licet in uiscalearis, a quibus elicunt liquor, uerum balamicam nature, & ex pluribus partibus mixtum, & in ipsa fermentatione sequente compressione uarum, quidam calor etiam in tota illa massa ad fenestrum percipitur, itau probatum videatur a compressione liquoris spiritosi, effervescentiam, & incalcentiam sequi debere.

Hac principia caloris sufficiunt sanguini in pulmenibus ob rationes supradictas non contemendas, & in corde dilatus calor auguetur modo supradicto, & conservatur per illius motum a quo exaltatur spiritus in motu continetur, donec communite partes, & praecepit glutinosa fibrarum sanguinis ad invicem coentes inueniunt, & in sua unione parte sanguinis constringunt, spiritusque irretiunt, & ita partibus sanguinis conceperant, & exaltatis, & calorim deperdit, donec ad eorum circulationis motu redendo dictas qualitates reauffmanatur.

Et hoc modo potest dici, cor esse fontem caloris, juxta sententiam Aristotelis, & Hippocratis, quia motus cordis comprimum fanguinem, per compressionem in eo calorem accedit, ob rationem superioris dictam, ex quo dicitur, cor esse principium caloris excitativum, non efficiendum, quia principium caloris est in sanguine, nempe in iuis particulis calidis commotis, & exaltatis, a quibus etiam cor incalcefit, potest etiam dici fons vita, dum suo motu sanguinem universi partibus largitur quo suas actiones exercet, & vitam sibi conservant.

Hac opinio, si verum fateri debeo, nū magis videatur probabilis posito fundamento, cor esse simplicem musculum, & cum non apparet ratio convincere in eo esse, vel flammam, vel fermentum implantatum, nec locus istorum possit assignari, nec modus, quo operentur, & convergentur, & possita dicta sententia, calor raritas, & accentio sanguinis optime, & sensibiliter explicatur.

Pofita tamen qualibet sententia, vita sanguinem deprivant secundum dictas qualitates eodem modo semper corrigitur, neq; in hoc est ulla diffensio inter Recentiores, & Antiquos, ut demonstravimus superiori capite de sanguificatione.

Ejecta à ventriculus cordis vi dicta compressionis in cavitate arterie magna sanguis, ab his impulsu in dicta compressione accepto elevatur, & attollitur arteria, & à tali elevatione fit pulsus, & facultas pulsifica, ab Antiquis adeo decantata, & à Uvilio acceptata, in alio non consitit; nam postulo tali impulsu sanguine valente elevate principium arteriae magna, à quo sequitur elevatio omnium Arteriarum, habetur ratio pulsus à medico consideranda, & solum perpendenda sunt illa alia facultate superaddita, & etiam colligunt natura differentiationum pulsus; quatenus enim in sanguine impulsus est magnus, elevatio magna evadit, consequenter pulsus magnus. In impetu parvo parva elevatio, & pulsus parvus, & si tali vi cum vehementia elevetur pulsus, hic evadit ve hemens, si debiliter debilis, si cum celeritate, vel frequenter fiat ista expulsio, cum elevatione arterie, vel frequens, vel celere habetur pulsus, & si fiat cum equalitate, vel inaequalitate, pulsus est aequalis, vel inaequalis, & hoc modo discurrendo inventur causa, explicans omnes differentiationes pulsus, animadverto energiam impulsu sanguini impressi, emanare tam a robuste fibrarum cordis, & a spiritu sanguinis, inflans dictas fibras, qui quo magis est copiosus, & ad motum excitatus, majori etiam impetu, &

conatu compressionem peragit, & eodem sanguinem expellit communicata eadem energia impulsus, que in sanguine coadiuvatur etiam à multitudine spirituum, cum valido motu excitatorum, & ita etiam debilitatem impulsus proficiat à debilitate fibrarum, à paucitate spirituum, & a debili motu corundem.

Pofita haec doctrina ea omnia, que ab Antiquis propounderunt pro facultate vitali debili exaltanda, vel pro nimis exaltata moderanda à Recentioribus usurparunt pro corroboranda energia, & impulsu constrictione ventricularum cordis, & sanguinis debilitate, & pro modificantio impulsu; & energia nimis violenta, ex quo deducitur per facultatem pulsificam non intellexisse alud Antiquos, quam illam energiam, & impetum sanguinis, dilatantes arterias, & Recentiores per hunc impetum in animo habere, explicare facultatem Antiquorum.

Sed quia haec via pulsus magis perpenduntur in febris, quia in aliis morbis, & ferre semper cum hac conjunguntur, pateriem huiusmodi virtutis per febris ablationem corrigi pro videnda sunt, que dixi in mea methodo curandi febres, que omnia applicari possunt praefenti tractationi.

SECTIO III.

De facultate Animali.

Hanc facultatem non alio modo considerandam suscipio, quam eo quo reliqua examinavi, nempe examinando organa corpora, quorum medio percitatur, distinctionem, actionem, & concursum perpendendo, & quia multa, & differentes sunt hujus facultatis operationes, organa etiam pro harum diversitate distinguuntur.

Communiter definitur principium motus, & sensus in animali, & distinguitur haec facultas in sensitivam, & locomotivam. Sensitiva dividitur in eam, que sensibus exterius presidet; & in eam, que sensum percipit externum, & sensu communis dicitur, cum quo phantasia, & memoria conjuguntur. Locomotiva motu spontaneo, & involuntario presidet.

His omnibus inferuntur cerebrum propriis substantia spiritibus, & nervis; nam in uno ex his, vel in omnibus depravatione succedente, vel aliqua, vel omnes ex dictis operationibus depravantur, & ita celebri confitetur, seu organizationi debita, cum sua temperie, seu fermento naturali, seu texture primarum particularum componentium, & cum spiritu, & cum nervis, debitis conditionibus dispositis, facultatem corporalem animaliem constitutum, in harum partium ponderatione pars immorabitur, ut modus operandi hujus facultatis dilucidetur.

CAPUT I.

In quo considerantur cerebri substantia, spiritus, & nervi, quatenus sunt organa facultatis animalis.

Substantiam cerebri spirituum generationi occupatam hinc primò considerandam affumo, cum ab horum perfecta, vel via constitutio virtus, & perfections facultatum supradictarum pendent. Has spirituum conditiones in universalis solum ponderabimus; nam in particulari perpendenda erunt, quando erit tractatio de facultate sensitiva, & locomotiva.

Generationi spirituum animalium cerebrum contribuit, prius ratione organizationis sue, & ratio ratione, hanc ingredientum, que substantiam cerebri, & vasorum duorum per spiritus duendo, celerem sanguinis cursum impedit, & compeditus velut in rot gyris, & circumvolutionibus impositis frangat, lenem, & placidum solum concedendo cursum, per cerebri corticalem subtantiam, in qua materiam pro spiritu animali depositum, ubi nullam, vel insufficientem dicta spirituum generationi relinquenter, si celeri curu disseruerit. Hac motus tarditate calorem etiam suis effusivis spiritosis, & calidis cerebri substantia sanguis imprimat necessarium, non tam ad sui fermenti, vel temperamenti conservationem, & actionem pro-

Sectio III. Caput I.

particulis calidis, & multum activis mixto, quod huic jumido fermentum sit talis conditio, videat comparari a falino vapore, à substantia corticali cerebri exspirante, & odoratus senuum feriente.

Pro indagando modo operandi hujus fermenti, supponendam est à primordio generationis implantatas sufficie in substantia harum glandularum particulas salinas, & calidas validè activas, cum tali modificazione, & textura, inter se contextas, ut evadant talis efficacia ad perficiendum opus supradictum, eo modo, quo per Antiquos qualitates elementorum refracte in mixto usque ad talent gradum, & armontice coeunt constitutum unum temperamentum operatum illarum actionum, que sunt propriæ talis mixti, & non alteris, praedicta particulae tali textura concinnata totam substantiam glandularum invertunt, & semper in motu existunt; nam cum sint principia operativa in hac parte, & omnis actio sit in motu, motus etiam erit illis debitus, & in tali motu semper conferatur à spiritu, à sanguine exhalante, per substantiam cerebri continuo circulante, à quo motu etiam circulationis predictarum particularum motus conferatur, hoc motu materia in spiritu preparanda agitur, communitur, & in spiritu hoc modo elaboratur, ab omni excrementorum impuritate eodem motu depurata, & quia à dictis particulis praedicto modo contextis semper exprimit aliquia minima, quia dictam materiam ingressa, dictam preparationem coadiuvant, & perficiunt. Expirationem aliquarum particularum comprobant reparatio, qua continuo indigent omnia fermenta partium, & etiam illud cerebri, & etiam declinatio virtutis operativa dictorum fermentorum, qua ab erroribus commissis, & in hac arte senescere observatur.

Hinc riecta manet opinio Antiquorum de elaboratione spirituum animalium, & efficacissimis rationibus stabiliter talis opinio confutatio, ut videat licet in quolibet Anatomico nostræ artis, & Galeas hanc confirmationem, & sententiam supradictam approbat, dum libro octavo de usu partium cap. 13, in cerebri substantia, spiritus animalis generati aperiuntur docuit.

Preparata modo supradicta materia in spiritum animali per vafa excretoria supradictis glandulis appetita, cerebri substantiam pervadit, & ab eisdem per amum diffunditur, unde tota spiritu secundatur, & illustratur, & ejus porositates replentur, cum sui turgescencia, per has porositas tam ad nervos, quoniam radices sunt in ipsa cerebri substantia, quam ad horum emporum in principio medullæ oblongate stabilitatem, & ad spinalis medullam discurrent in hoc transiit per cerebri porositas, quasi altera circulatione chymica depurantur à superflua serositate, que à lymphaticis absorbetur, maiorem subtilitatem, & volatilitatem acquirunt, & per excrementorum depositionem luciditatem.

His omnibus recte se habentibus, & secundum natura decreta dispositis, tam quoad materiam, quam quoad substantiam cerebri perfecta sucedit generatione spirituum, quod si virum in aliquo exdictis contingat, facultas spirituum perfectiva vitabitur. Sic si sanguinis materia fuerit crassa, & opaca, paucoque spiritu illustrata, ut evenit in temperamentis melanocholicis, & ad malum habitum inclinatis, spiritus pauci opaci, & crassi ab ea eductorunt, non valente fermento activitate crassitatem materia resistentem supererat, & opacitatem illuminare, unde tarditas ad omnes functiones dictis spiritibus inheret, & in omni actione animali erunt debiles, & inhabiles per opacitatem, ad omnes ingenii operations. E contra si materia fuerit subtilestis calida, & motus perturbatus, spiritus afflubunt, cum quadam sui infamiatione, & motu perturbato confuso, & inordinario agitantur, quod facilius tunccedet, si materia fermentativa, & irritativa, & accensibilis sis mitice, ut in matribus convulsivis.

Remedia his vitis materie convenientia. Propounderunt in decurso enumerando morbos, à virtute spirituum pendentes; nec erunt diffimili, ab eis, in Antiquorum paginis descriptis, nam & ipsi virium spirituum in materiam pravam, & in facultatem, sed

principium effectivum corporeum refunderunt.

Mala constitutio, & conformatio pars spirituum generationi dicata hanc vitiat, quando secundum suas porositates laxata nimis abundantem serì copiam, & excrementum recipit, à qua spiritus animalis vitiat, dum huic à nimio humido, in agendo energia tollitur, & ejus virtus elatifica ab eodem humido emolliente obliteratur, unde non est mirum si summan in suis operibus debilitatem contrahit. Virtus etiam spiritus ab excedenti humido divaricatur, dividitur autem interpositis multis particulis ferosis inter partellas spiritolas, quam ob rationem vinum generosum à superaddita aqua in quantitate generositatem deprimit, non quia ab aqua exinguuntur spiritus vini, sed quia aqua addita intermediet inter vini particulas spiritolas, easque dividit, cum tali distractio unius ab altera, ut una non possit coadiuvare actionem alterius, & ita vinum debile evadit: Sic multoties spiritus animales debilitantur, & cum eis functiones capitis, distinguimus hanc causam ab aliis, qua spiritibus obfunt, considerando, an in corpore adist ieri copia, & temperie cerebri sit humida, dum talis efficit, quia in ea adest dispositio naturalis ad recipientem in le multum humidum, talis dispositio consistit in sola dilatatio porositatum cerebri, recipientium quid quid humidum feros ad illud percurrent.

Præter spiritum debilitatem hæc sero collyvies inter alia damna organizationem cerebri, & nervorum viriæ obstrunctione in poris, vel orificiis illorum introducta, vel fibras, & membranas eorumdem nimia laxitate emolliendo, ut contracitioni necessaria protinus operationibus non sufficiant.

Ab hac partis indispositione originem dicunt de stillationes, à cerebro provenientes, & in aliqua parte capitis, vel ad fauces terminantes; nam per aliquos sero collyvies in corticali, & glandulosa cerebri substantia collecta, ad medullarem transiens in lumen porositatum segregatur, & à venis, & à vasis lymphaticis partim exficit, quod renaret in partes vicinas capitis externas, vel intra fauces per nimia quantitate diffunditur per cacos ductus, aliquando ad ventriculum descendit cum saliva, & fermentum istius enervando, & alimentorum debitam fermentationem impediendo, immenses indispositiones excitat, quales sunt, que à depravata concoctione alimentorum emergunt. Quidquid sit de via defensum humoris à capite in partes inferiores, in hoc certè non colligitur, nisi per pororum præcias dilatationem.

Hinc patet, pro curatione hujus indispositionis cerebri, constringendis esse ejus porositates, quod opimè præstant omnia decocta exficiantibus ab Antiquis pro destillationibus à capite, & pro corruganda humida cerebri intemperie determinatis dum enim hæc decocta exficit, non solum ferocitatem minuit, quod solùm considerant Antiqui, sed porositas constringunt, quod est principale intentum Recentiorum, nam his constrictis, non recipitur amplius tanta copia serofitatis, quia ab aliis vasis recepta per urinam, vel per sudorem potest excreti.

Non obstante tamen hoc difficiliter, utrique ad eundem finem tendunt, præsanctate introducenda, & pro causa praeditarum indispositionum tollenda, eodem medicamento utuntur. Inter constitutionem, & organizationem parti comprehenditur fermentum, à cuius depravatione spirituum generatione præter naturam evadit; nam si ab aliena materia admixtione fixeretur ejus activitas, diminuitur, & spiritus remanent etatis, & in parva etiam quantitate, quia ob debilitatem actionem, non potest fermentum spiritus à suppeditata materia in copia extrahere, nec extra eos debita volatilizatione nobilitare, & non potest fermentum restituiri ad naturalem statum, nisi materia etatis, qui ait admittetur & in corpore redundans tolli potest. Hinc constringentibus etiam Antiquis in frigido cerebri temperamento, quod à Recentioribus sub fermenti fisi nomine designatur, cedem remedii supradictis ad ultimam reducentibus dictum temperamen-

tum frigidum corrigit, & inter hæc cephalica, & aromatica prævalent, sive corum sali & extracta exhibentur, sive decocta ex eisdem parentur salia volatilia etiam plures recentia alia praecedunt medicamenta, & spiritus vini Aromaticatus cum vatis similibus Aromaticis, sicut elixir vita, & etiam illud proprietas multum efficacia obtinet, ad extinguendum acidum, ad attenuandam materiam, & ad fermentum fixatum volatilizandum.

Si fermentum supradictum fuerit nimis volatile, & activism spiritus irrequies, & inordinatione motus peccantes generat, cum periculo vigilariam, & delirii, unde corrugendum cum medicamentis inferius dicens, ubi de supradictis symptomatis,

C A P U T I I L

De Sensibus Externis in Genero.

Sensus est perceptio affectionis, aut passionis, quæ ab obiecto sensibili proficiuntur & organo sensus facti, vel cum Aristotele lib. 2. de anim. tex. 121. sensus est id, quod est susceptivum formatum sine materia, ex modo quo cera suscipit figuram sigilli, aurum, ferreum, sed sine materia aurum, aurum ferri, ex quo colligere possumus, quod sicuti figura sigilli aurum imprimitur in cera, per solum motum, sed modicum a lineamentis ejusdem figurae, ita organum sensus per motum modicatum ab obiecto sensibili recipit idem ipsius obiectum, non secundum esse materiale, prout est in obiecto sensibili, sed modo viraliter, seu intentionali, nempè per quid diffinatur à materia obiecti sensibili, sed representativum ipsius obiecti, in quo consistit ratio intentionalis; nam per hoc potentia sensitiva distinguis, sensus habet, unde percipiat ipsum obiectum, & naturam ejus, & hujusmodi representativum est motus eo modo, quo per solum motum sigilli in cera imprimitur istius figura, cum similitudine sine illius materia, ac si motus esset representativus figura prædicta; Hinc rectè cum eodem Aristotele deducitur organum sensus, quando actu ab hoc motu obiecti sensibili actuarunt, esse actum ipsum obiectum, si quidem habet actum speciem, & similitudinem ipsius obiecti, ex modo quo cera est actu figura sigilli, quia habet speciem, & similitudinem ipsius figurae; per solum vero motum organa sensu affici docuit idem Aristoteles libr. 2. de anima. tex. 51. & in hoc sequaces habet omnes Recentiores.

Ex quibus deducitur ad sensum requiri, quod obiecta externa afficiant organa sensus, vel per immediatum contactum obiecti, & organi, vel per effluxum aliquem ab obiecto emanantem, vel per impulsum ait obiecto in organum impressum, vel per quadam reflexum ab obiecto, & transmissum ad organum, in his omnibus modis desideratur motus, sine quo non fieret sensus, & quod obiectum habeat rationem sensibilis, nempe quod talibus qualitatibus, vel modis afficiatur, per quae valeat organa sensuum movere. De istarum qualitatibus, & modorum conditione, & numero videbitur, dum de sensibus in particulari; pro nunc autem suffici scire, primò sensibile aliud esse proprium, aut commune, & aliud per accidens. Sensibile proprium est illud, quod est perceptibile solum ab uno sensu, qui circa illud non potest errare, ita color dicitur proprium sensibile visus, quia ab hoc solum percipitur, & non ab aliis sensibus. Sensibile commune est illud, quod à pluribus sensibus percipitur, ut motus, quies, numerus, figura, magnitudo, quæ à visa, & à tactu percipiuntur. Sensibile per accidens est illud, quod licet per se non sentiatur unà cum eo, quod sentitur percipitur, at quando video album, si hoc album sit Princeps, video Princeps, & sic album videatur per se, Princeps verbè per accidens.

Secundum sciendum est, organum sensus in communis est partem sensitivam nostræ corporis, & haec est sola membrana, quæ solum sentit, & diversa dispositio membranarum inservit pro diversitate organorum, diversis sensibus destinatorum.

Aff-

Affectio, vel impressio obiecti sensibilis facta in organum sensus, quatenus est in hoc, dicitur ab ea affecti, & alterari, & per hoc pati, & hoc modo sensus respectu organi in passione consistit, respectu obiecti in actione, paffio tamen est inoproprie in hoc casu accipienda, ut docuit Aristoteles loc. cit. text. 58.

Hæc paffio, & affectio organi perfectum sensum non facit, nisi quatenus ad primum sensorium deducatur, à qua percepita illi paffio, vel affectio fit sensus perfectus. Hinc est, quod, dum mente alto intendimus, obiecta praesentia non percipimus, nec sentimus, quoniam organa externa ab eis afficiantur.

Hanc potentiam percipientem passionem organi, demonstrevit Aristoteles loc. cit. tex. 144. dum probat necesse esse dari sensum, quo discernimus plures sensus. & talis sensus dicitur sensus communis, quo etiam discernimus passionem culibet organo sensus particularis impressam.

Sedem hujus sensus relictis aliorum sentientiis puto esse plexum choroidem, & hanc opinionem ex sequentibus colligo, primò quod prædictus plexus positus sit in basi cerebri, ubi omnes nervi, ex communione sensu oriuntur, & sensus communis cum debeat peripere omnes motus in nervis, & membranis contingitibus, & hoc ut de organo affectione judicet, debet esse in ea parte, in qua nervi oriuntur, quo in loco est prædictus plexus.

Secundò, quod colligo est sensum communem debere esse in parte sentiente, si debet judicare de affectione ibi impressa per membranas, & spiritus affectos ab obiecto externo, plexus hic choroides est sentiens, cum membrana confit communis habens principium cum membrana, nervos invicentes.

Tertio, quia sensus communis debet esse in ea parte cerebri, in qua est spirituum animalium promptuarium, ut eos possit movere ad determinatos nervos juxta exigentiam corporis, determinatam ab affectione organo impressa, & ab hoc ad sensum communem traducta, plexus autem choroides existens in basi cerebri est juxta spirituum promptuarium.

Quarto, quia pars, quæ sensus communis sedes, debet posse movere cerebrum ad aperturos determinatos poros pro recipiendo in eos spiritus, ad tales nervos idoneos pro tali motu necessario, vel spontaneo exquendo, talis est plexus prædictus ex sentientiis Varthamani in suo lib. de gland.

Sensus communis percipiendo motum traductum ad eum ab organo sensus externi sensum elicere, non pafsum solum le habendo, nempè per solam impressiōnem illius affectionis, seu motus; nam, si se haberet solum pafsum sentire, idem esset, quod affici, se pati, quod est falso, quia affici ab obiecto, non est sentire, cum ipsam affectio, qui afficit organum sentienti dicatur, & hoc sentiri dicit effectuam respectum ad sentire, cum fieri non possit, ut aliquid sentiatur, nisi sit, quod sentiat, cum vero sentiri dicatur illud, quod afficit sentire non potest confundere in ista affectione, que sentitur. Ergo sentire non confundit in ipsa passione, sed in actione que non fundatur in cognitione, aliquo sensu ab intellectu non differret, falso quod ab obiecto sensibilia, & si haec cognoloceret posset hæc definire, quod est falso; nam percipio quidem me affici ab albedine, odore, dulcedine, & sono, tamen per hoc nescio quid sit albedo, dulcedo, & sonus, & solum horum naturam attingo, quando intellectum consilio, sed actio, que sensus agit est attingentia prædicta affectionis perpetua facta non modo representativa, vel assimilativa, vel intentionalis, sed modis sensitivo consistente in solo exercito actuali sua potentia: nam in sensu communi adeat facultas sensitiva, sentire est actu istam facultatem exercere, quod idem est ac sensitivo modo tem sentiendum attingere, & hic actus secundus hujus facultatis est actio, quia in se ipsum agit, non producendo aliquam entitatem à se divergam, sed solum actum vitalium sentientem exercendo, qui non est nisi ipsius facultatis, vel animæ sentientis modus, cum actu viralis non sit, nisi motus est potest vitali exercitus innans, motus autem est modus ipsius substantia, quapropter potentiam sensitivam attingere affe-

ctionem ab obiecto externo proficiecentem, & ad eam traductam nihil aliud est, nisi actu taliter determinato motu se movere dependent ab affectione perpetua.

